Quelle: https://manuscripta.at/?ID=991
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



domine ut cereus iste in honorem tui consecratus ad no
ctis huius caliginem destruendam indeficiens perseueret atque in
odorem suauitatis acceptus superis luminaribus misceatur. Flammas eius
lucifer matutinus inueniat. Ille inquam lucifer qui nescit occasum
Ille qui regressus ab inferis humano generi serenus illuxit. Petimus
ergo te domine ut nos famulos tuos omnem clerum devotissimum
populum una cum famulo tuo papa nostro N. et antistite nostro N.
et gloriosissimo rege nostro N. eiusque nobilissima iuge N.
quiete tempore secura in hiis paschalibus festis seruare dignere
ris. Per dominum nostrum iesum xpm filium tuum qui tecum viuit et regnat
deus in unitate spiritus sancti. Per omnia secula seculorum. amen.